



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

107 Copia judiciorum ante torturam, an reo danda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Nullum inter eos discrimen esse videatur.
 105 † Nam, licet pro eorum delictis torqueri possint, nobilibus, doctoribus, & aliis privilegiatis non sunt postponendi, in d. ipsos laicis omnibus esse preferendos probatur auctoritate Constantini Imperatoris, qui cum clericorum quorundam querelam coram se defendendam conspiceret; vos, ait, à nemine iudicari potestis, quia solius Dei iudicio reservamini. Dij etenim vocati estis, & idcirco non potestis ab hominibus iudicari, cap. continua, 11. quest. 1. & c. futuram, §. idem verò, 12. quest. 6. Ideò nullo pacto possunt esse inferioris conditionis aliorum privilegiatorum

106 † Non enim possunt torqueri, nisi graviora, & urgentiora proferantur indicia, per l. presbyteri, ubi etiam glossa & Bald. C. de episc. & cler. Boss. in tit. de tortur. test. quest. 10. num. 6. & Farinac. pract. crimin. quest. 41. num. 8. Et in processibus criminalibus in nihilo deterioris conditionis aliorum privilegiatorum sunt habendi ex supra deductis.

107 Sæpe † queritur, an reus possit torqueri nullis datis defensionibus, Et distinguendum est, nam, aut loquimur de causa principali, nempe super dictis principalibus, de quibus agitur, & tunc aut petit copiam indiciorum cum termino ad faciendum defensiones, & copia est danda cum termino competentis, per text. in l. vnus §. cognituram, ibi, postulante reo, ff. de quest. & tres dilationes reo sunt concedendæ, ut l. fin. ff. de ser. las. in l. properandum, num. 16. C. de iudic. & Clar. in pract. crimin. §. si. quest. 48. num. 2.

Cop. à autem indiciorum non petita, potest ad torturam procedi non datis pri-

us defensionibus, per text. in d. l. vnus §. cognituram; ibi postulante reo, ff. de quest. Atet. in cap. qualiter, & quando, il. 2. §. debet col. 2. vers. sed dubitatur, de accusat. Abb. in cap. cum in contemplatione, nu. 3. de reg. iur. Gand. in tit. de quest. & torm. col. 5. vers. sed. quid erit de questione de facto, quæ quotidie occurrit? Ang. in ver. fama publica, char. 3. vers. item adversas, de c. 2. de deposit. & post. supra relatos Boss. in tit. de indic. num. 74. & in tract. de cens. ff. num. 16. Paril. de put. in tract. syndic. fol. 88. col. 2. vers. cum iudex, & idem probat in tit. de indic. ant. tort. nu. 79. ubi testatur, hanc esse communem mentem doct. & communem opinionem, & ita communiter practiceri, & hanc opinionem sequitur Clar. in pract. crimin. §. fin. lib. 5. q. 64. n. 27. vers. si verò eamque comprobat Farina; in sua prax. tom. 1. par. 1. de indic. & tortur. quest. 39. n. 1. & 2. licet postea, ut mox dicam contrarium sustinere conetur.

108 Contrariam † autem opinionem, quod, scilicet, reo etiam non petenti copia iudiciorum antequam deveniatur ad torturam sit danda cum termino ad faciendas defensiones, post Boss. in tit. de indic. & consider. ante tort. numer. 74. & Clar. in pract. crimin. quest. 48. in fin. principii, quest. 64. sub ver. sed quid stille, & §. fin. q. 49. in prin. & plures alios quos citat, tenet Farinac. in dicta quest. 39. numer. 2. & numer. 99. & 100. quam præcipue fundat super const. Pauli III. de qua in Bull. Ro. cap. 58. pag. 471. & Pij IV. cap. 74. pag. 755. & statuta Urbis. Sed dictæ constit. Pauli III. & Pij IV. non constituunt jus universale, sed particulare; fuerunt enim particulariter editæ.